Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8454
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



non sint sic sunt coram eo. Quid est quod dicis
qui est misit me ad uos. Dicat ergo qui est
qui semper est qui idem ipse est qui nunquam cepit esse
qui nunquam desinit esse qui a nullo suscipit esse
qui omnibus dat esse qui de preterito esse non mu
ul' nō ēe tatur in esse. Ille qui sic uocat misit me ad
uos. Hoc enim nomen nulli alii conuenit hoc no
men solius dei est. Dixitque dominus ad moysen.
Hoc dices filiis israel. Dominus deus patrum uestrorum deus
abraham deus ysaac et deus iacob misit
me ad uos. Hoc nomen in eternum hoc
memoriale meum in generatione et generatio
ne. Ecce iam familiarius nomen et quod
se non intelligere hebrei dicere non possunt.
Hoc nomen et uetus et noua gentiano cogno
scat. Hoc et synagoga et ecclesia intelligit. Da
de igitur et die filiis israel quia ego audi afflictio
nem illorum et educam eos de terra egypti et
dices ad eum. Dominus deus hebreorum uocauit nos
ibimus uiam trium dierum per solitudinem ut
immolemus domino deo nostro. Quid est enim uia
trium dierum? Quid est solitudo? Ecce inquit
dauid elongauit et mansi in solitudine fu
giens. Est ergo solitudo cecorum gentium. Hic im
molatur. Hic sacrificat. certa uane non est
locus uere sacrificij. Via uero trium dierum
tantus demonstrat fidem. Duo significant die ue
nitur ad patrem. Sed ad filium. Tertio ad spiritum
sanctum. Sufficiat hec uita uicentibus ad immola
dum. nec infra stare nec ultra procedere licet.
Qui enim aliter egerit ei sacrificium non suscipietur.
Venitur uidelicet usque ad patrem. fuerunt
heretici qui crederent in patrem et filium sed non
sustinebant spiritum sanctum. fuerunt autem qui multi
tos crederent deos sicut gentiles qui ydo
la colebant. Nulli autem horum ad perfectum fidei ce
nitum uenebant. Abominabile igitur est eo
rum sacrificium. Sequitur. Sed ego scio quod non
dimittet uos rex egypti ut eatis nisi per ma
num ualidam. Extendam enim manum meam et
percutiam egypti in cunctis mirabilibus mis
que faciens sum in medio eorum. Vere i
po. 34.
mudina dei abissus multa. Sed quia non
dimittet mandat tamen ut dimittat. In qua
dei iustitia et pharaonis impietas manifes
tatur. Non uult uolentem auferre quod
ab alio ipsius iniuste possidebat. Exercet
suum ius ne forte iniuste fecisse dicatur.
quod contra egyptios facturus est. Demque
et suos cautiores reddit. dum eis que futu
ra sunt manifestat. Post hec inquit exhibitis
talisque gratiam populo huic coram egyptijs et postu
labit mulier a uicina sua uasa argentea et
aurea ac uestes et spoliabitis egyptum. Hic ei
fortasse aliquis iniustum esse iudicatur ut populo
dei fraudulenter aliena rapiat. Sed quia hec
fieri deus ipse precepit non potest iniustum quod
iustissima fieri precepit. Nondum enim dictum fuerat
diligite inimicos uestros. Immo lex erat que
postea promulgata est. Diliges amicum tuum
et odio habebis inimicum tuum. Sunt igitur inimici
erant qui eos affligebant qui gratis iugo
seruitutis eos deprimebant qui non solum sua
sed et se ipsos iniuste detinebant. cur iniustum
esse dicatur quod iuste fieri iudicatur. Iusti
tia enim est que ius suum unicuique tribuit. Vbi
enim neque iudex est neque iustitia. ibi iudicta
est necessaria. Hec tamen si fuerit intellecta i
magnum iudicem habere sacramenta. Quanquam
enim egyptum idest mundum istum uolentem fre
nebrosum fugiam. si qua tamen bona. si qua i
uitia et inimesta in eo esse iudicem. amplectenda
rapienda et tenenda sunt. Habent enim mi
tonens et sedi amatores sacram legem moyses
honestos militaque artium pirnam. opulentia eis
a prenis et philosophis accepimus. que ualde
amplectenda et diligenda sunt. Hec igitur
hec habere et possidere hijs egyptum expoliare
non est peccatum. Dixit autem moyses non cre
dent mihi neque audient uocem meam sed dicent
Non apparuit tibi dominus. Incredulitas moy
si ad totum populum referitur. In se enim ipse osten
dit quod dominus semper incredulus ille populus
fuerit. Non credent sine signis que iudei i
signia petunt et greci sapientiam querunt.
Genetatio enim prauia et peuersa signum querit.
Vnde et subditur.

Dixit ergo dominus ad moysen. Quid est hoc
quod tenes in manu tua. Respondit
uirga. Dixitque dominus. Proice illam in terram.
proiecit et uersa est in colubrum ita ut
fugeret moyses. Inuergat enim moyses
non prauum nisi ut sine responsionis in
ullo teneat. Ipse enim confessus est se tenere
uirgam quam moyses spiritem conuersam fugi
ens expauit. Signum est hoc et mirabile i
signum. Credat igitur signo qui non uult ac
cedere uerbis. Sed quid punitur nisi dei
po. 12.
correptio. Vnde scriptum est. Virga tua et ba
culus tuus ipsa me consolata sunt. Itemque